



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Svmmae Virtvtvm, Ac Vitiorvm , Tomus ...

Guilelmus <Peraldus>

Lvgdvni, 1585

De otiositate, & quòd stultus sit otiosus. Cap. IIII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46161](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46161)

cto. Secundo hoc, quod somnus absque necessitate, est temporis amissio: unde Bern. Quantum ad debitum continui profectus, nihil ica deperit de vita nostra, quam quod somno deputatur. In veritate somnus est quasi quedam species vel imago mortis. Tertio debet cohibere homines a nimietate somni multiplex malum quod in scripturis legitur ex somno accidisse. Et de hoc sufficiat ponere quinque exempla. Primum exemplum est Iudic. 4. de Sisara, qui cum bibisset iac, obdormiuit, & interfectus est a Iahel, clauo in cerebro eius defixo. Secundum exemplum est Iudic. 16. de Samsonem que Dalida fecit obdormire super genua sua, & rasis septem crinibus, captus est & exoculatus. Tertium exemplum est in Iudith 13. de Holoferne, qui dormis a muliere Hebraea interfectus est. Quartum exemplum est Mat. 26. ubi Apostoli somnolenti leguntur Christus amississe. Quintum exemplum est Act. 20. de quodam adolescente, nomine Euthyco, qui cum disputante Paulo, graui emergeretur somno cecidit de tertio coenaculo, deorsum, & sublatu est mortuus.

¶ De rebus necessariis homini ut debito modo dormiat.

TERTIA autem necessaria sunt homini ad hoc quod debito modo dormiat. Primo, necessarium est ei ut vigilando laboret: unde Eccl. 5. Dulcis est somnus operanti siue parum, siue multum comedat. Homo otiosus affligitur non solum dormiendo, sed etiam vigilando. Secundo, necessarium est ei ut sobrius potu & cibo utatur. Tertio, ut sensus suos sobrius custodiat: unde Bern. Sobrium cibum, sobrium sensum, sobrius sequitur somnus.

De otiositate, & quod stultus sit otiosus. CAP. IIIII.

CIRCA hoc peccatum, primo ostendemus quam stultus sit qui otium diligit. Secundo ostendemus quod otiosi licet semper reprehensibiles sint, praecipue tamen tempore gratiae reprehensibiles sunt. Tertio tangemus ea quae attendenda sunt alicui in occupatione quam vult eligere. Quam stultus vero ille sit qui otium diligit, ostenditur Prou. 12. ubi sic legitur: Qui operatur terram suam, satiabitur panibus: qui autem sectatur otium, stultissimus est. Non solum stultus est talis vel stultior, sed etiam stultissimus.

¶ De rebus gradibus stultitiae.

PRIMVS gradus stultitiae est, vitam suam negligere: ei necessaria quaerendo. Secundus gradus est, vitam suam hostibus indefensam exponere. Tertius gradus est, hostes qui eum interimant pacem. Hos tres gradus stultitiae habet qui sectatur otium. Vitae enim aeternae quae futura est non prouidet hostibus etiam suis, scilicet vitis & daemones se exponit, ut iam ostenditur. Hostes etiam suos nutrit, quia otio vitia nutriuntur, & impinguntur, sicut & an-

letes & etiam equi solent otio impinguari.

¶ De xi. stultitiis hominis otiosi.

Et possumus assignare xi. stultitias quæ sunt in homine otioso. ¶ Prima stultitia est, quod ipse diabolo locum facit. Contra illud Apoitoli ad Eph. 4. Nolite diabolo locum dare, unde videtur diaboli societate amare. Apud hominem occupatum non habet diabolus ubi possit esse: quia res perfecte occupata non est capax alterius rei. Ideo dicit Hiero. Sæper aliquid boni operis facito, ut te diabolus inueniat occupatum. Ex hoc verò quod aliquis in se diabolo locum facit, iam est indignus omni loco præterquam inferno, unde primus locus otiosi est infernus, sicut & diaboli. Quod sic potest ostendi. Costat quod otiosus celo non recipietur. Calum enim merces erit tantum eorum quod operati fuerint. Unde Matt. 20. Voca operarios, & redde illis mercedem. In paradiso etiam terre stri non recipietur. Unde Gene. 2. Tulit Dominus Deus hominem, & posuit eum in paradiso voluptatis operaretur. In purgatorio non recipietur: unde Ps. In labore hominum non sunt, & cum hominibus non flagellabitur. Otiosi non laborant cum hominibus, & ideo non flagellabuntur cum hominibus in purgatorio, sed cum demonibus in inferno. Otiosus etiam indignus est esse in mundo illo: unde Luc. 13. de ficulnea sterili. Succide eam, ut quid terram etiam occupat? Revertitur ergo quod solum in inferno digni sunt otiosi. ¶ Secunda stultitia est, quod otiosus in tali statu se ponit quod brutis animalibus inferior est, quo ad hoc quod brutis animalibus licitum est comedere: homini verò otioso prohibet hoc Apostolus 2. ad Thes. 3. dicens: Si quis non vult operari, nec manducet: homo otiosus est velut homo mortuus: unde Sene. Otium sine literis, mors est, & viui hominis sepultura. Et Eccl. 9. Melior est canis viuus leone mortuo. Leo mortuus est aliquis magnus otiosus, cui prævalet canis viuus: id est, aliquis vilis strenue operans, imò etiam homo otiosus est plusquam mortuus, unde in epist. Iudæ dicitur de quibusdam, quod sunt arbores autumnales infructuosæ, bis moituræ. Arbor in autumno plātata quando fructum facit, sero facit illud. Sic aliqui dum sani sunt, otiosi volunt esse: sed in articulo mortis tunc primo volunt fructum penitentiæ facere. Ideo frequenter accidit quod absque fructu decedunt. Et tales homines infructuosi quasi bis mortui sunt: quia non solum mortis temporalis, sed etiam æternæ sunt debitores. In quo deterioris conditionis sunt quam bruta animalia. Illa enim solam mortem temporalem debent. ¶ Tertia stultitia est, quod ex negligentia excolendi se, fructum sui ipsius amittit. Si quis vinum am haberet in qua mille asinatæ vini posset colligere, valde re-

putaretur farnus & infelix ab omnibus, si ex negligentia excoler-
di eam, fructum illum amitteret. Fructus quem quis in se collige-
ret, si se diligenter excoleret, praualeret vino regni vniuersi. Quia
farnus est ergo qui ex negligentia tantum fructum amittit, quem
in se colligere posset? Multum deberet confundi talis. Ideo dicit
Sen. Turpissima iactura est, quae per negligentiam fit. Turpissima
ideo vocatur eam, quia est erubescere etiam plena. Nemo est ita pauper
qui de fructu oris sui ita ditari non posset, si bene excoleret illum.
vnde Prou. 12. De fructu oris sui vnusquisque replebitur bonis.

¶ De octo fructibus oris.

Ex ore suo posset homo colligere octo genera fructuum valde
pretiosorum, non solum per annum vel per mensem, sed etiam
singulis diebus, si quis bene excoleret os suum. ¶ Primus fructus
est Dei laudatio. ¶ Secundus est gratiarum actio: pretiositas vero
horum fructuum ex hoc manifesta est, quod caelestes arbores ca-
les fructus ferunt. Ibi enim sonat gratiarum actio & vox laudis,
iuxta verbum prophetae. Tertius fructus est oratio. Cuius fructus
pretiositas manifesta est, ex hoc quod ab angelis in caelis deferretur.
vnde Tob. 12. dicit Angelus: Quando orabas cum lacrymis, & re-
pellebas mortuos, ego obtuli orationem tuam domino. Non est
vile xenium vel donum quod a tantis nutibus Deo praesentatur. Ex
virtute etiam orationis manifesta est pretiositas huius fructus. De
qua dicit Greg. Magna virtus orationis quae effusa in terris celo
operatur. ¶ Quartus fructus est confessio. Cuius fructus pretiosus
patet ex hoc, quod Deus vult fructum istum semper ante se ha-
bere. vnde in Psal. Confessio & pulchritudo in conspectu eius. Con-
fiteuerunt diuites quando diuersi fructus porrantur ante eos, illum
retinere ante se, quem praeter ceteris amant. Ideo autem dominus
amat confessionem, quia confessio efficit & custodit pulchritudi-
nem. Pretiositas etiam huius fructus ex hoc patet, quod nullus Deo
adeo displicet qui non placeat ei, si fructum humilis confessionis
ei offerat, vel etiam offerre proponat. vnde Psal. Dixi, confitebor
aduersum me iniustitiam meam domino, &c. Latro dum in ter-
ra humilem confessionem Deo obtulit, a patibulo inferni se ab-
soluit, & regnum aeternum meruit. ¶ Quintus fructus est mode-
stia quae in hoc attenditur: vt homo modum ponat in verbis suis,
quo ad quantitatem, & vt loquatur qualia debet loqui, scilicet ve-
ra, & quae ad Dei sint gloriam & proximi utilitatem, & vt loqua-
tur qualiter debet loqui, scilicet non clamose. Pretiositas huius
fructus patet ex hoc, quod legitur Prou. 17. Qui moderatur ser-
mones suos prudentissimus est. ¶ Sextus fructus est abstinencia
cuius

cibus fructus pretiositas patet ex hoc, q̄ tanta virtutis est ab-
 stinentia, quod vitā hominis prolongat. vnde Ecc. 37. Qui absti-
 nens est, adiciet vitam. Talis virtutis dicuntur fuisse fructus ar-
 boris solis & lunæ, de quibus legitur in historia Alexandri. Sacer-
 dotes enim solis & lunæ fructibus illis vescentes, referuntur vi-
 xisse annis x l. absq; lesione. ¶ Septimus fructus est, fraterna eru-
 ditio. Fructū istum specialiter ferre voluit ipsum lignum vitæ:
 scilicet ipse filius Dei. Marc. 1. Eamus in ciuitates & vicos proxi-
 mos. vt ibi prædicem, ad hoc enim veni. ¶ Octauus fructus est,
 fidelis reclamatio, quando homo videt iniurias inferri Deo vel
 proximo. Præciositas verò huius fruct⁹ manifesta est ex eius rati-
 tate. Pauci enim inueniuntur qui istum fructum habeant. Vnde
 Prouer. 20. Multi misericordes vocantur: virū autem fidelē quis
 inueniet? Videmus quotidie fratres nostros à canibus dilacerari,
 & non est qui reclamet: id est, à detractoribus. Imò, q̄ plus est,
 videmus ipsum Deū à lusoribus crucifigi, & nō est, qui inde lo-
 quat. Illi qui solo verbo possent Dei has cōtumelias impedire,
 non curant de hoc loqui. ¶ Quarta stultitia otiosi est, quod ipse
 exponit se absq; defensione hostib⁹ suis. Otiosus est, sicut signū
 ad sagittam. Potest enim à dæmonibus vndique sagitari. Vnde
 potest dicere illud Thren. 3. Terendit arcum suum, & posuit me
 quasi signum ad sagittam. Occupatio velut quidam clypeus est
 cōtra sagittas diaboli. vnde Poëta: Otia si tollas, petiere Cupidi-
 nis arcus. Est etiā otiosus velut castrū absque muro. Vnde Eze-
 3. Ascendam ad terrā sine muro. Verbum est diaboli, Veniam
 ad quiescentes habitantēsq; securē. Homo verò occupatus est ve-
 lut castrū bene clausum, vnde Aug. Non facile capitur à tēto-
 re, qui bono vacat exercitio. Homo otiosus non tantū vni hosti
 expositus est, sed etiam pluribus. Vnde habetur in vitis patrum,
 q̄ dixerunt seniores operantē monachū dæmone vno pulsari,
 otiosum verò innumeris spiritibus deuastari. ¶ Quinta stultitia
 est, q̄ eum ipse valde pauper sit, & nihil lucretur, tam largē ex-
 pendit res valde pretiosas, scilicet tempus suū, & bona sua natu-
 ralia: vnde in hoc negotio nihil est deterius otio, quod nō solū
 noua nō acquirit, sed etiā patra cōsumit. ¶ Sexta stultitia otiosi
 est, q̄ ipse facit quasi receptaculū omnium sordium. vnde Ber.
 Omnū tentationū & cogitationum malarū & inutilium sentin-
 a est otium. In sentina sordes recipiuntur in nauibus marinis:
 Siccorotiosi quasi omnes sordes recipiūt vitiorum. Licet autem
 otium origo possit esse omnium peccatorū, spiritaliter tamen
 occasio est istorū peccatorū, scilicet, luxuriæ, verborumq; nuga-

rum, & curiositatis, & superbia. De peccato luxuriæ habemus exemplum Dauid, qui dum occupatus fuit bellis, continens fuit, postea verò tempore otij adulteriũ commisit: vt legitur 1. Reg. 11. Salomon etiam dum occupatus fuit circa templũ & alia edificia, non ita infatuatus fuit in amore mulierum, vt postea quando factus est otiosus. Poëta etiã dicit: Queritur Agittus quare sit factus adulter. In prõptu causa est, desidiosus erat. & Ezech. 16. Hæc fuit iniquitas Sodomæ sororis tuę superbia, saturitas, panis abundantia & otium. De verbositate & curiositate legitur 1. ad Tim. 5. Adolescentiores viduas deuita. Et subditur, Dilecti enim circuire domos non solũ otiosæ, sed etiam verbosæ, & curiosæ, loquentes quæ non oportet. De nugis verò dicit beatus Bernar. Otiositas est mater nugarum, nouerca virtutũ. De superbia verò dicitur in Psal. In labore hominũ non sunt, & cum hominibus nõ flagellabuntur: ideo tenuit eos superbia. ¶ Septima stultitia otiosi est, quòd ipse secũ vult habere qui eum de malitia instruat: vnde si sapiens sit, nõ faciet mala. Otiositas quasi quedam magistra malitiæ est. vnde Eccles. 33. Seruo maleuolo tortura & compedes: mitte eum in operationem ne vacet. Multam enim malitiã docuit otiositas. ¶ Octaua stultitia otiosi est, quòd quũ ipse sit submersus in profundo stultitiæ, sine malitia non vult tamen porrigere manum ad laborem, licet aliter euadere nõ possit. Vnde Senec. A stultitia nemo emergit, nisi manum porrigat ad laborem. Homo otiosus, qui non vult se occupare vt à peccato possit exire, tali stultitia laborat qua laboraret ille, qui cecidisset in aquam profundam, & pigritaretur manũ porrigere ad arborem sibi proximam: quum tamen aliter non posset à naufragio liberari, occupatio bona lignũ vitæ est, his qui apprehenderunt eam. Et frustra laborat otiosus ad exeundũ à peccatis, nisi se occupet. ¶ Nona stultitia otiosi est, quòd ipse quiescit quãdo laborandum esset, scilicet in præsentia: & ideo laborabit quando esset quiescendũ, scilicet in futuro. In quo similis est illi qui dicit Esa. 14. Sedebo in mõre testamenti, in lateribus aquilonis. Cui dicit beatus Bern. O impudens & imprudens, millia millium ministrant ei, & decies centena millia assistebãt ei, & tu sedere præsumis. Mũdus iste locus laboris est. Vnde Job 5. Homo nascitur ad laborem, & auis ad volandum. Vnde dictum est ad Adam quãdo erat eiciendus à paradiso, & ponendus in terra ista: In sudore vultus tui vesceris pane tuo. ¶ Decima stultitia otiosi est, quòd ipse vult Deum quodammodo præire, dum solum vult quiescere, & nõ laborare, cum dominus sex diebus operatus sit, & in

septimo

Septimo requieuerit. Vnde Gen. 2. Compleuitq; Deus die septimo opus suum, quod fecerat, & requieuit ab omni opere quod pararat. ¶ Undecima stultitia otiosi est, quod ipse refugit illud, quod est iucunditas & sanitas tam animæ quam corporis, scilicet moderatum laborem. ¶ Duodecima stultitia otiosi est, quod ipse diligit illud vnde Dei maledictionem incurrit, & inde in vniuersitatē vitiōrum incidit. Ad primum pertinet, quod legitur Matt. 21. de ficulnea, quam dominus maledixit, ideo quod esset sine fructu. Ad secundum pertinet illud verbum Bernardi, Summa mentis malitia est, otium iners.

¶ *Quam reprehensibiles sint otiosi tempore gratiæ.*

SI QVIVR videre quare potius reprehensibiles sint qui tempore gratiæ sunt otiosi: quam qui fuerūt ante otiosi. Quod patet ex hoc q̄ legitur Matt. 20. Quid hic statis tota die otiosi? Illos reprehēdit paterfamilias quos otiosos inuenit vndecima hora. Per quos significantur illi qui sunt otiosi in tempore gratiæ. ¶ Et possunt sup hoc quatuor causæ assignari. ¶ Prima causa est hæc, quod dominus dedit nobis formam iam laborandi & exemplū. Vnde ad Phil. 2. Exinaniuit semetipsum formam serui accipiens. Magna superbia esset, si vellet quiescere seruus, ex quo laborat dominus. Vnde Math. 10. Non est discipulus super magistrum, nec seruus super dominum suum. ¶ Secunda causa est, quia tempore gratiæ sumus serui empti: & ideo magis ad laborem tenemur. Vnde Apostolus 1. ad Cor. 6. Empti estis pretio magno. ¶ Tertia causa est, quia melior merces nobis promittitur. Iudæis enim promittebatur terra, nobis verò promittitur cælum. Vnde Math. 3. Pœnitentiam agite, appropinquauit enim regnum cælorum. ¶ Quarta causa est, quia et si spiritualibus, qui erant in veteri lege promitteretur regnum cælorum sub figura terræ promissionis, tamen illa multum illis differebatur. Non enim acceperunt mercedem suam vsque post passionem Christi. Nimis erat longa via in paradysum, quando oportebat ire per infernum: sed modo in momento vno lucratur aliquis paradysum, vt cum post verū baptismum decedit, vel cum post tantā contritiōē quæ sufficiat ad deletionē culpæ & pœnæ. Vnde Ber. in persona ecclesiæ: Labor meus vix est vnus horæ: & si amplius, præ amore non sentio. Vnde Luc. 14. Misit dñs seruum suum hora cœnæ dicere inuitatis vt venirent, quia iā parata sunt omnia. Hora cœnæ est tēpus gratiæ, in quo omnia sunt parata: quia nihil amplius necesse est ad hoc, quod aliquis ad eternā cœnam introducat, nisi q̄ manus suas lauerit: id est, purgatus perfectè fuerit.

In quibus. ¶ Quod tria sint attendenda circa occupationem.

SEQVITVR videre quid attendendum sit in occupatione quam aliquis eligit. Tria autē attendenda sunt circa eam, scilicet quod occupetur. Vnde Hieronymus: Sēper aliquid bonificito, vt te diabolus inueniat occupatū. Et vt tedium remoueat, iuxta illud verbum Senecæ, Occupatione bonarū artium occupādi sumus quoties male habet inertia impatiens sui. Et vt vilitatem habeat. Pro vitando enim otio, otiosa sectari ridiculum est, vt dicit Bern. Idem: Non tantummodo agendum est, vt cum aliqua delectatione vel sine grādi nausea dies transigatur: sed vt etiam de peracta diēta ad perfectum mentis semper aliquid in conscientia resideat: aliquid in thesaurum cordis quotidie congeratur. Magis attendendū est etiam in occupatione, quod occupet animū, quā quod occupet corpus. Item secundum Beā. Meliora sunt exercitia spiritualia, quā corporalia. Et inter corporalia melius est, quod similia est spiritualibus, vt scribere. Et notandum, quod quidam nolunt operari, quia hoc sibi dedecus reputāt. Credunt enim honorabiliores burgenſes esse illos qui nihil agūt, nisi quod comedunt & bibunt, & aliis deliciis interdundunt. Sed eadem ratione porcos possunt præferre equis & canis animalibus, qui nihil agunt, nisi quod comedunt & bibunt. Et in veritate tales homines per porcos etiam significātur Mat. 23. vbi dicunt dæmones domino: Si eiicis nos hinc, mitte nos in gregem peccatorum.

De vitio dilationis. Et primo de dilatione conuersionis. CAP. 7.

Sequitur de vitio dilationis, quo vitio multū laborat genus humanū. vnde Seneca: Nemo quicquam habet facti. In futurum enim nostra distulimus. Et nocet hoc vitium multū homini. Vnde versus: Et nocet, & nocuit semper differre paratū. Item: Qui nō est, hodie, cras minus aptus erit. Duæ autem sunt species dilationis, quæ multum nocent hominibus: scilicet dilatio conuersionis, & dilatio confessionis, de quibus modo prosequemur. De prima legitur Ecclesiast. 5. Non tardes conuerti ad Dominum, & ne differas de die in diem: Subitō enim veniet ira illius, & in tempore vindictæ disperdet te. Et eiusdem decimo septimo, Ne demoreris in errore impiorum, & vice simo primo. Fili peccasti, non adicias iterum: sed de pristinis deprecare Dominū, vt tibi dimittantur. Ad eandem dilationem potest referri illud Esaiæ vice simo octauo, Erit eis verbum Domini, Manda remanda, manda remanda, expecta reexpecta, expecta reexpecta, modicum tibi, modicum tibi: vt vadant, & cadant

retro